



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis  
Expositio**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Tractatus II. De Suspensione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

confessione, nullo modo possum te vitare, neque in publico, neque in occulto, quia, ut alibi dixi, nunquam possum un scientia habita in confessione in incommodum Pœnitentis.

Quicquid ergo distinguat a Leander, qui dicit, a Leandro posse vitare, non in publico, sed in Secreto, ibidem & licet ad id non tencaris, absoluè enim dico, rursus dicitur, nunquam te posse.

*Finis Tractatus Primi de Excommunicatione.*

## TRACTATVS SECUNDVS. SELECTA DE SUSPENSIONE.

### C A P U T I.

Modus dignoscendi, quandonam Suspensionis Censura, quandonam mera pœna?

1.  Um Suspensionis, quæ nihil aliud est, nisi Censura, vel Pœna Ecclesiastica, qua Clericus privatur uero potestatis ei convenientis, aut ratione Officii Clericalis, aut ratione Beneficii, quod foris Clericus habet, aut ratione urbisque, quæ certè ultima privatio urbisque, id est Officii, & Beneficii, est adæquata, & plena Suspensionis: Cumque ea, ut Censura, sit illa, quæ imponitur in medicinam, hoc est, ut sic Fidelis resipiscat in obediencia, ut autem pura pœna, sit illa, quæ imponitur in vindictam delicti commissi, hoc est in ejus delicti punitionem, cum inquam hec ita se habeant, operosum est, Cognoscere, utro ex his modis imponatur, & tamē id cognoscere, est omnino necessarium propter diversam doctrinam, quæ a Sa-

a Suar. de cris Textibus, & à Doctoribus datur pro altera Suff. d. 25.

sec. 1. n. 3. 2. Suarez a hanc Regulam tradit: Tunc initio. Suspensionis est pura Pœna, & non Censura, quando imponitur ad certum tempus; Quandem vero est Censura, non habet terminum præfixum. Addit b alibi, si ex materia, & si

b Suar. ib. d. 26. sec. 1. n. 15.

ne legis constet, suspensionem non ferri tantum pro delicto commissio, sed, ut à Contumacia recedatur, esse Censuram; si constet ferri tantum pro delicto commissio, meram esse por-

nam.

3. Id ipsum Gaspar c Hurtadus distinguunt b G. Hurt. sic habet. Si Suspensionis feratur, vel addendo, in perpetuum, vel sine fine relaxationis, vel ad tempus limitatum, v.g. Ad biennium, Ad triennium, &c. et. vel donec Reus re ipsa satisfaciatur, vel donec Judex judicaverit, vel ad beneplacatum Judicis, vel simili quopiam modo independenter ab ipsa Pœnitentia delinquentis, semper erit pura pœna, etiam si lacra sit ob contumaciam. Si vero sentitur absque assignatione ulla temporis sic v.g. Nisi hoc fecerit, suspensus maneat, si hoc fecerit suspensus sit, &c. Tunc erit Censura, seu Pœna Medicinalis, cuius Censuræ duratio erit valde dependenter à voluntate delinquentis: remittenda enim erit, quando ipse delinquens resipiscet.

4. Hæc doctrina Hurtadi est vera, solum illi addendum est id, quod numero secundo addidit Suarez. Sæpe enim potest occurrere, ut ex circumstantiis, & ex verbis, vel ex fine legis apparet, Suspensionem, cui nullus terminus præfigitur, esse puram pœnam: Si enim sic datur. Sit suspensus, quia talis delictum commisit: num dubitabis hanc esse puram pœnam? Sanè ejusmodi ego puto esse suspensionem illam absolute prolatam contra culpabiliter ordinatum ante legitimam atatem, cuius

supra

supra & meminimus, videtur enim constare, eam esse infictam propter peccatum commis-  
sum.

5. Ratio traditæ, & sic explicatae Regulæ est, quia Censura, quæ est ex sui naturæ propriæ me-  
dicina, non potest habere terminum alium, nisi,  
donec homo recedat à peccato, ideo enim dicitur  
ferri in medicinam, ut scilicet à contumacia  
is recedat. Hinc ergo sequitur, ut, quando Su-  
spensio fertur ad terminum præfixum, vel in  
perpetuum, vel sub certa conditione, Censura  
est non possit, quia tunc, quamvis delinquens  
se emendaverit, adhuc illa suspensio, usque ad  
suum terminum, vel conditionis impletionem,  
perseverare debet, ut nimis delinquens  
poenam suo delicto taxatam solvat. At, quando  
sub nullo termino fertur, iudicandum est (nisi  
ex circumstantiis, ut diximus, colligatur illa fer-  
ti pro peccato commisso) ideo tempus à Lege,  
vel Judice non fuisse præfixum, quia voluit  
Jud. x, vel Legislator, ut ea suspensio depende-  
ret in sui perseverantia à voluntate, seu respi-  
scientia delinquentis, atque adeo, ut esset pro-  
priæ Censura, cuius, ut pote salutaris medicina,  
natura est, ut statim, atque Reum sui peccati  
poenitentia, debetur ipsi Absolutio, quæ certè  
non debetur, ut diximus, mera poena, quæ est  
ad instar vindictæ, &c.

6. Atque hinc aliam differentiam collige.  
Nam Suspensio, quæ est tantum poena, non re-  
quirit præviā Judicialemonitionem, quia  
inflictus delinquenti ob peccatum jam com-  
missum. At Suspensio, quæ est Censura, requirit  
præviā monitionem Judicis, sicuti requirit  
excommunicatio, ut latè solet explicari in  
Tract. de excommunicatione.

7. Inquires: Si, omnibus circumstantiis ex-  
clusis, dubia res omnino appareat, an suspensio  
sit Censura, aut sit mera poena, quid iudican-  
dum?

Respondeo, Puto, iudicandum, eam esse  
Censuram. Quia in lege odiosa benignior in-  
terpretatio est adhibenda; at, suspensionem esse  
Censuram, magis subditu faveat, quam esse po-  
enam, si quidem Censura est medicina ad salu-  
tem, quæ certè gravior est, quam vindicta, &  
Censura dependet maximè à voluntate Rei, ut  
dictum est, cum poena sit necessaria. Adde, apud  
Doctores, & sacrum Textum, b Suspensionem  
regulariter, & absoluè numerari inter Cen-  
sus, quamvis aliquando sit mera poena. Ergo,  
nisi aliud explicetur, vel ex circumstantiis col-

ligatur, semper eam merito Censuram pronun-  
ciabo.

8. His ita statutis, id, quod invenio apud Bar-  
di, vel non intelligo, vel approbare, quamvis  
amicus, non possum. Docet ipse duo in Exposi-  
tione a Bullæ Cruciatæ. Primum, Suspensi-  
onem, quæ oritur ex eo, quod quis promovea-  
tur ab licentia propriæ Ordinarii, posse re-  
mitti à Confessario electo per Bullam. Secun-  
dum, Suspensionem, quæ est pura poena, remit-  
ti per dictam Bullam, non posse.

9. Ex his dictis, alterum, nempe hoc poste-  
rius, ultra amplector, at, contra illud prius, sic  
argumentari libet. Suspension, quæ est pura poe-  
na, remitti nequit vi Bullæ ex ipso Bardi: Sed  
Suspension orta ex promotione destituta Ordinarii  
licentia, est pura poena: Ergo nequit per  
Bullam remitti, quod est contra prius dictum e-  
iusdem Bardi. Minor autem hujus argumenti  
manifestè probatur ex regula d. Et a numero se-  
cundo, c. tertio; Suspension enim imposita ad  
tempus, donec iudex iudicaverit, est pura poena.  
At Suspension orta ex promotione sine licentia  
Ordinarii est imposta ad tempus, donec Index  
iudicaverit; Ergo est pura poena. Ecce Texum  
b Tridentini, quod hanc Suspensionem impos-  
sunt. Vnusquisque à proprio Episcopo ordinatur.  
Quod sequit ab alio promoveri peccat, nullatenus  
ta ei permittatur, nisi eius probitas, et mores Or-  
dinarii sui Testimonio commendentur. Si secus  
stat, Ordinatus à collatione Ordinum per annum,  
et Ordinatus à susceptorum Ordinum executio-  
ne, quamdiu proprio Ordinario videbitur expe-  
ire, sit suspensus.

a Bardi in  
expositi.  
Bull. Cruc.  
I. 2. trad. 6.  
c. 7. sec. 1. n.  
5. c. II.

b Trid. sef.  
23. c. 8. de  
Ref.

## C A P U T . II.

Quæ culpa requiritur ad incurren-  
dam suspensionem.

**1.** Ut incurritur à persona particulari Su-  
pensione integra afferens illos duos utros-  
que effectus quos cap. primo num. primo de-  
claravimus, sive hæc, ut Censura, sive, ut poena,  
sive à jure sit lata, sive ab homine, requiritur ali-  
qua culpa. Ratio est, quia, si sit pura poena, sup-  
ponit culpam, quæ sit punienda, si sit Censura,  
seu Medicina, requirit item culpam, quæ sit sa-  
nanda.

2. Aliquam, dixi, nam ex probabilis senten-  
tia satis est venialis, sed est æque probable ne-  
cessario requiri mortalem, ut sustinet Valsqu. d  
aliique de qua re nos alibi e diximus,

c Henrig.  
c. 27. n. 159.  
Avila 3. p.  
d. 3. dub. 3.  
d. Valsq. p. 2.  
d. 153. c. 5.  
Suar. d. 4.  
de Cens. ier.  
4. Coninch  
d. 13. dub. 3.  
G. Hurt. de  
Susp. diff. 7.  
nu. 9.  
e. Lib. 3. de  
Sacr. Miss.  
c. 1. §. 8. 6.

c

a Di-

TABULATUM DE SACRAMENTIS.

*docet Gl.  
b. 1. c. 1. a.  
l. 1. d. 1. C. 1.  
d. 1. q. 1. f. 1.  
g. 1. n. 1. s. 1.*

3. Dixi (*à persona particulari*) Nam, ut incur-  
ratur *Suspensio ab Universitate*, erit distinguen-  
tia *de Cens.* Si enim *Suspensio* feratur *distributivè*  
*contra singulos de Universitate, de Capitulo,*  
*de Collegio, &c.* requiratur culpa in singulis,  
quia tunc est *Suspensio* fulminata *contra perso-*  
*nas particulates*, licet multas. Si vero feratur  
*collectivè* *contra omnes*, ut sunt partes, seu  
membra ejusdem *Communitatis*, non requiri-  
tur culpa in singulis, tunc enim *Suspensio* sic  
lata afficiet omnes de *Communitate*, ut sunt e-  
ius partes, cum ergo omnes sint partes, omnes  
afficiet *Suspensio*; quia, quando major pars  
*Communitatis* delinquit, judicatur delinquere  
tota *Communitas*, quare tota erit suspensa, et  
iam minor pars, licet ea non deliquerit. Nec est  
inconveniens: quod hi pauciores amittant *ius*  
*acquisitum* *præstundi* *actiones* *solitas* *exerceri*  
*à Communitate*, quia non amittunt per se, sed  
per accidens, siquidem *Communitas*, quando  
est suspensa ab aliquibus actionibus, perinde  
est, ac si nulla *Communitas* esset in ordine ad a-  
ctiones illas. *Communitate ergo*, quasi defici-  
ente, quid mirum, si ejus partes, sive culpantes,  
sive non culpantes, eriam ipsæ deficiant? Ut e-  
ius partes, inquam, nam, ut sunt personæ priva-  
tae nihil tunc amittunt.

4. Inquires. Si quæ *Communitas* peccaverit  
quidem, faciendo contra præceptum prohibens  
aliquid sub poena *Suspensionis* ipso facto incur-  
ræ, sed ne fieri illi peccato esse affixam  
*Suspensionem*, illamne incurrit?

5. Respondeo. Incurrit, probabiliter putat  
Lezzana, a quia Pontifex non utitur, inquit, in  
his similibus prohibitionibus sub poena *Suspē-*  
*sionis* verbo (*præsumere*) quare tunc illa *Suspē-*  
*sionis* incurri debet, tametsi non adsit dolus, &  
presumptio, satis enim erit, si adsit peccatum.

6. Verum probabile b eriam est, non incurre-  
re, quia est probabile ad illam incurram dam re-  
quiri sententiam talis poenæ, seu censuræ, nam,  
si est pura poena, alibi c dictum à nobis est, re-  
qui est ejus cognitionem, ut incurrit, si vero est  
censura, erit medicina, qua etiam d cognosci  
debet, quia, nisi medicinam cognoscam, medi-  
cinam mibi applicare non possum.

7. Inquires iterum. Qui metu gravis mali ca-  
dantis in viuum constantem eas actiones faciat,  
quibus annexus est incursus in *Suspensionem*,  
illamne incurrit?

Respondeo, illam non incurtere, ut ex supra-  
dictis patet, qui locus est à te recolendus pro-  
pter hoc, aliaque multa ibidem la-  
tius pertractata.

*Finis Tractatus Secundi de Suspensione.*

## TRACTATVS TERTIVS. SELECTA DE INTERDICTO.

### CAPUT PRIMUM.

Quid servandum est hodie in Interdi-  
cto locali Generali.

§. I.

*Præmittitur breviter, quid sit interdictum.*

INTERDICTUM Ecclesiasticum absolu-  
tum, & sine limitatione latum, est regulariter

*Censura*, qua Fidelibus vetantur, Primo, Officia  
Divina celebrare.

Secundo, aliqua Sacra menta ministrare, vel  
suscipere, puta Eucharistiam (nisi in mortis ar-  
ticulo) Extremum, Unctionem (nisi forte in co-  
dem articulo, quando quis non potuit de pro-  
ximo suscipere Sacramentum Pœnitentie) &  
Ordinem. Nam Baptismus, Confirmatione, Pœni-  
tentia, & satis probabiliter Matrimonium non  
vetantur, ut distinctius videre omnino debes a-  
pud Doctores palli.

Ter-